



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

158 DE OFF. EPISC.

Nam Presbyteri siue extra Episcopum, siue presente Episcopo cum baptizant, Chrismate baptizatos ungerere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex oleo eodem signare, quod solum debetur Episcopis cum tradunt Spiritum sanctum.

CAP. XXXVIII.

Describit
mysterium
sex ablu-
tionum,
quæ hoc
die sol-
lemniter
celebra-
bantur.

Ioan. 13.

Sunt et alia multa insignia quæ celebrantur eodem die. Est enim illa dies una de precipuis sollempnitatibus anni, et, ut de cæteris sileamus, de sex ablutioibus quæ eodem die sollempnizant ecclesia, quæ consistunt in tribus: in aqua, in lachrymis et in sanguine. In aqua dupliciter, aut materiali, quod fit in ablutio-
ne pedum, prout in Evangelio Ioannis dicitur, quod illa die misit Iesus aquam in pelvum, et lauit pedes discipulorum.

TRACTAT. 159

discipulorum suorum, &c. aut
 spiritali; de quo in Ecclesiastico: Eccles. 5.
 Sicut aqua extinguit ignem, ita
 eleemosyna extinguit peccatum. In-
 de est quod illa die instituit Domi-
 nus lotionem pedum propter com-
 mendandam humilitatem, & fie-
 ri contingit eleemosynarum lar-
 gitionem propter charitatem. Se-
 cunda ablutio fit in lachrymis,
 siue sint lachrymæ materiales, quæ
 profluunt ex arboribus ad confe-
 ctionem Sacramentum, ad unctio-
 nem fidelium: Balsamum enim est
 gummi fluens ab arbore, ex quo
 cum oleo conficitur Chrisma, per
 quod intelligitur, ut dictum est, con-
 scientia & fama, quæ sunt animæ
 mundamina: siue pœnitentiales,
 quæ fluunt ex oculis ad lamentum
 in reconciliationem pœnitentium.
 Tertia ablutio fit in sanguine, quæ
 duplex in illa die similiter intelli-
 gitur:

gitur: una est enim sanguinis in precium, altera sanguinis in nostra fragilitatis remedium. Idem enim sanguis Christi, qui semel effusus est in precium, quotidie sacrificatur in altari in remedium: de quo sanguine

Luc. 22. dictum est: Hic calix novi Testa-

Matt. 26. menti in meo sanguine. De cuius

Marc. 14. mundamine iterum scriptum est:

Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis

nostris in sanguine suo. Inde est

quod propter reuerentiam sacræ con-

secrationis, quæ eadem die conficitur,

Gloria in excelsis sollempniter decan-

tatur, & cum Gloria patri illo die

dicitur. Triduo enim Dominus in-

scuit in sepulchro, à parte totum si-

gnificatio. Unde scriptum est: Sic-

Matt. 12.

Jonæ 2.

ut fuit Ionas tribus diebus & tribus

noctibus in ventre ceti: ita erit fil-

ius hominis tribus diebus, & tribus

noctibus in corde terra. Quod ex-

ponens D. August. in 1. libro qua-

stio-

TRACTAT. 161

stionū Evangeliorum dicit: Sextæ
 feria diei partē qua sepultus est cū
 præterita nocte, ꝑ nocte & die acci-
 piens, hoc est, pro toto die. Sabbatū
 nocte & die, & noctē dominicā cum
 eodē die illucescente, ac per hoc acci-
 piendo partē pro toto, habes tridū
 & tres noctes. Triduo ergo nostro
 sepulturam eius ad memoriā redu-
 cimus, quam non recolimus celebrā-
 do, nisi addatur cum sexta feria &
 septima et quinta. Dominica enim,
 nox in magna gloria celebratur,
 sicut patet omnibus, qui morem no-
 stræ Ecclesiæ tenent, ut dicit Aug.
 in sermone quem facit ad populum
 in vigilis Paschæ. Per tres igitur
 dies, id est, quinta feria, sexta & se-
 ptima triduanam sepulturam Do-
 mini celebramus. & ideo ut confor-
 memur humilitati sepulturæ eius
 excelsa nostra dimittimus, campa-
 nas, Gloria patri non dicimus. Hæc

H sunt

sunt ergo, quæ in die cœnæ facimus
 oleum ad triplicem usum consecra-
 mus, corpus Domini usq; in crasti-
 num reseruamus, gloria patri non
 dicimus, pœnitentes absolui-
 mus, pedes fratrum & pauimenta Ecclesia
 lauamus, & altaria denudamus, os-
 sculum etiam pacis non damus, ne
 videamur applaudere factò Iuda,

Matt. 26. qui osculo tradidit Christum. denu-
 dantur altaria, quia discipuli reli-

Ibidem. Etò Christo domino fugerunt, qui si-
 gnificantur per altaris vestimenta.

Ioan. 13. In lotionè pedum imitamur Christi
 humilitatem & factum, sicut sonat
 istius diei Euangelium. Lauantur
 altaria vino & aqua: quæ ex latere
 Christi exierunt duo Sacramenta,
 sanguis redẽptionis, & aqua ablucio-
 nis, per quæ mundatur ecclesia: quæ
 sunt Baptismus & Eucharistia. Cor-
 pus domini reseruatur à quinta fe-
 ria usq; ad Parasceuen: quia cū in

Parasce-

TRACTAT. 163

Parasceue nō conficiatur corpus do-
mini, qui cōmunicare voluerint ha-
bent sacrificium ex die priori.

CAP. XXXV.

Quoniam dies illa quæ Coena dicitur, quartadecima dies est primi mensis, quando agnus Paschalis secundum legem ad vespērā immolabatur, & de eius sanguine uterq; postis cū superliminaribus liniebatur. Ideo dies illa coena domini dicitur, quando dominus post completum Pascha typicum ad verum Pascha transiens, mysterium corporis & sanguinis sui primū Apostolis dedit, cū proditor precium sanguinis à Iudæis accipiens CHRISTI sanguinem vendidit. Unde eo die Sacramentum altaris dominus instituit: quod in memoriam passionis dominicæ Christianus populus colit. Unde illo die præcipuè sermo debet fieri vel de Sacramento altaris,

Cur hæc dies dicta sit coena domini per pulchre docet. Exod. 12.

Matt. 26.